

28. f. 8. d. 7.

20

Q. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA
DE

OBSIGNATIONE IUDICIALI

Von der

Gerichtl. Versiegelung,

QVAM

BENEVOLO ILLUSTRIS ICTORVM
ORDINIS INDVLTV

PRÆSIDE

CAROLO GOTTLIEB

KNORRIO,

I. V. DOCTORE,

publico eruditorum examini submittit

RESPONDENS

FRIDERICVS ERNESTVS KNORRE

HALENSIS,

JVR. STUDIOVS.

HALÆ SAXON.

D. XI. Novembr. MDCCCXXII.

Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.

ss. jur. civ.
78,22

DISSENTIALI JURIDICA

ORIGINATI

IVDICIALI

RESTITUTIO

BEVORZUGT

GAROLO GOTTLIB

KNORRIO

FRITZSCHES

LEIPZIG



DISSERTATIO IURIDICA
DE
OBSIGNATIONE IUDICIALI,

der
Berichtlichen Versiegelung.

CAP. I.
**Cui iudici ius obsignandi com-
petat.**

§. I.



Liam longe Germanorum iure *Alia iurisdi-
etionis facies
I.G. quam fru-
it I.R.*
iurisdictionis esse faciem, quam
Romanorum legibus, etiam ii,
qui ad Latii instituta, veluti ad sa-
crum oraculum, vnice confugi-
giunt, vnanimi ore confitentur.
Vt ideo neque operae pretium sit,
de eo tradere nonnulla, neque etiam instituti ratio id

A 2

per-

permittat. Iam enim animaduertit HENRICVS COCCIVS Vir etiam post fata illustris in dissert. pereleganti *de concursu plurium iurisdictionum in eodem loco §. i. seqq.* e priscis Germanorum moribus gentiumque consuetudinibus omnia fere, quae de iurisdictione hodie feruntur in medium, esse repetenda. Facile autem argumenta viri illustris longius persequi possemus, si foret quispiam qui in medio die coecutiret.

§. II.

*Cui iudici vi
iurisdictionis
competat ius
obsignandi?*

Qua de causa potius, ne limites, quos nobis in conficienda hac dissertatione praescripsimus, transfiliamus, id agere in animum induximus, ut, cui iudici, si diuersae iurisdictiones in eodem concurrant loco, ius obsignandi bona, necessitate id exigente, sit vindicandum, clarissime intelligant vniuersi. Quod vero, ut procedat eo felicius, imprimis hic probe erit obseruandum, longissime inter se differre forum *rei sitae & domicilii* forum, adeo, ut, si forte immobilia arresti constringantur vinculo, rei sitae iudici hoc ius competat. Quod si vero de mobilium obsignatione incidat quaestio, domicilii iudici id sit asserendum.

§. III.

*Resp. quorum-
dam object.*

*Non obstat
quod res mo-
biles in sensu
iuridico di-
cantur sitae,*

Equidem nullus dubito, fore nonnullos qui credant, sibi non deesse argumenta, quae nostram, quam defendimus de mobilium obsignatione, sententiam, adeo possint destruere, ut eius ne vola amplius atque vestigium superfit. Sed valde vereor, ne nihil sint probaturi. Id enim quod imprimis nobis ob stare videtur dubium, non solum rem immobilem, sed etiam mobilem in sensu iuridico sitam dici posse per. *l. 38. in f. de*

Iudic.

Judic. facile in nihilum redigitur, si iusto illud subjiciamus examini. Non quidem nos fugit, multa disputare ^{& actio ideo in foro rei sitae possit institui.} dd. de eo casu, quum res mobiles sub alterius iudicis, qui non ratione personæ est competens, deprehendantur iurisdictione; qui etiam huic, si actio instituat^{ur} realis, vel arresti vinculo sint constringendæ propterea que ob- signandæ, hoc ius competere affirmare videntur ME- VIVS *P. IV. d. 74.* BRUNNEMANN *ad leg. fin. Cod. ubi in rem act. n. 11. seqq.* CARPZ. *in Proc. Tit. III. art. 3.* STRV- VIVS *exercit. IX. th. 53.* STEPHANI *de iurisd. L. 1. c. 31. no. 13. seqq.* TABOR. *in Dissert. ubi in rem actio.* Verum e- nim vero, his facili reponitur negotio ^{1) nam etiam hæc actio in foro domici- lii institui potest.} 1) firmo haud niti talo eorum opinionem qui existimant, quod in fo- ro rei sitae semper actio realis sit instituenda. Diu enim inuictissimis demonstratum dedit argumentis illustris COCCEIVS in *dissert. de fundata in territorio & plurium locorum concurrente iurisdictione Tit. IV. §. 5.* forum do- micilii adeo esse generale, ut & ibi actione reali experiri possim, motus in primis *l. fin. C. ubi in rem act.* Neque obstat *l. 38. ff. de iudic.* non enim ibi excludit ICTus do- micilium, sed iubet tantummodo etiam in rei sitae fo- ro respondere debere reum, id quod etiam latius pro- bavit *l. c. §. 7. & 8.* STRVVIVS *exercit. IX. th. 52.* STE- PHANI *c. l. L. 1. c. 31. n. 8. seqq.* CARPZOVIVS *l. c. n. 1. seq.* 2) non agere dd., qui ab illorum stare videntur parti- ^{2) Non lo- quuntur dd. de casu quan- do diuersæ iurisdictiones in eodem loco concurrunt.} bus, de iis rebus, quae in eodem loco, ubi iurisdictiones concurrunt, reperiuntur, sed quae in diuersis. Quid enim alias opus esset differere multa de rebus, quae ad tempus in aliquo loco sint permaufuræ atque de iis, quae tantummodo transeant? Imo, si etiam ali-

ud assererent eorum tamen auctoritas, quae ceteroquin
iis salua fit ubique, tanti nobis non est, ut rationibus
destituti, eidem subscribamus.

§. IV.

*Si enim con-
currunt, iudi-
cis domicilii
in quacunque
oppidi parte
fundata.*

Quæ, quum ita sint non dubitamus quin, si iurisdic-
tiones in eodem concurrant loco, ius in personas & res
mobiles vbicunque in isto loco reperiantur, iudici do-
micii competat. Audiamus illustrem COCCEJVM in
*diss. de concursu plurium iurisdictionum in eodem loco Cap. I.
§. 7. & 8. Finge iam, inquit, in oppido concurrere ipsum op-
pidi magistratum, Academiam & curiam principis; ius est
magistratui oppidano, ciuem suum ex ædibus quoque Academi-
cis, & licet cum ciue Academico ibi habitet, citare iurisdic-
tionemque in eum exercere. Quod eidem vicissim ius est sena-
tui Academico in suos, qui cum ciue oppidano habitant; Ea-
dem ratione si habitent cum officiali curiæ, aut in eius ædibus,
nam quæque in oppido concurrens iurisdic-
tio fundata est in quocunque eius oppidi loco ac parte, sed in suum tantum ci-
uem, ita, ut exerceri in eum ubicunque in oppido sit, possit.
Hinc idem ius est senatui v. g. Academico in res ciuium suo-
rum in oppido sitas in quacunque oppidi parte illæ sitæ
sint. Quum enim oppidum sit locus rei sitæ, in oppido au-
tem duplex forum concurrat, quod in omnibus oppidi parti-
bus fundatum est, & personis saltem distinguitur, cuique ma-
gistratui iurisdic-
tio ex loco rei sitæ competit in res suorum
ciuium &c. Sed licet viro illustri quoad bona immobi-
lia, de quibus idem affirmat, calculum adicere haud pos-
simus, hæc enim forum, ubi sita, necessario sequuntur, ta-
men quod ciues eorumque res concernit mobiles, sine om-
ni dubio iudicis personæ fundata est iurisdic-
tio. Præ-
sertim*

*Quod tamen
de immobili-
us non affir-
mandum.*

fertim quum eiusmodi iurisdictione v. g. Academica certo loco adscripta haud sit; sed in quocunque oppidi loco & parte competat magistratui, sed in suum tantummodo ciuem, atque ideo etiam altero iudice, qui competens est quoad immobilia, non requisito, illam exercere possit, sed solum, quod iterum iterumque affirmamus, in ciuem suum eiusque res mobiles.

§. V.

Ne vero nobis desit Dd. auctoritas, quæ nonnullis adeo curæ cordique est, vt sine doctore vel lege loqui ipsis instar criminis esse videatur, etiam quid de mobilibus sentiant facile est ad ostendendum. Afferunt enim, haec personam tanquam accessorium suum principale sequi GAILIVS L. 2. obs. 124. n. 18. MEVIUS P. 2. dec. 10. Imo adeo adfixa quasi intelliguntur ossibus & personis dominorum in loco, vbi foueant larem, siue domicilium, vt non magis a persona domini separari possint, quam anima a corpore KLOCK. de contrib. c. XI. n. 19. COLERVS de Proc. execut. P. 1. c. 3. n. 254. 272. & decis. 60. n. 49. CARRPZOVIVS decis. 1. n. 5. alique ab his citati.

Neque nobis
Dd. auctori-
tas deest.

§. VI.

Iam ergo finge, eo res ciuium perductas, vt mobili-
tium obsignatio necessaria, & sane dubitandum non erit,
quin iudici domicili ius obsignandi non solum res
mobiles, sed etiam receptacula, vbi asseruantur, vnice sit
vindican- dum. Licet autem iterum sint, qui hic nobis
ogganniant atque hoc ius iudici, sub cuius iurisdictione
forte ædificium, in quo receptaculum deprehenditur,
fitum, fronte pertinaci asserant. Liceat tamen nobis
bona eorum pace regerere, hoc ius obsignandi minime

Fluit vero ex
hoc funda-
mento mobili-
um obsigna-
tionem perti-
nere ad domi-
cili iudicem.

imprimis
cum plura
non realens

rea-

adficiat iurisdictionem.

realem afficere iurisdictionem, sed tantummodo suscipi in securitatem rerum mobilium, quæ ibi asseruentur, atque quarum intuitu in quouis oppidi loco fundata est senatus iurdictio, salvo ceteroquin vbiuis iudicis rerum immobilium iure atque auctoritate. Quo tamen iterum casu illud iuris est notissimi, non ipsum iudicem peragere obfignationis ritum atque describere bona, sed secretarium vel actuarium iudicii cum adfessoribus duobus vel etiam cum solo ministro ad id esse ablegandum.

§. VII.

Probatur ex lege Halensi.

Agnouit hoc etiam serenissimus legislator Halensis in confirmatione *des von E. E. Rathe von dem Herrn Schultheissen der Stadt Halle aufgerichteten Recesse wegen unterschiedener Gerichts-Actuum D. D. Cölln an der Spree d. 10. Octobr. 1685.* vbi ita dispositum: *Weiter gebühret eilffstens dem Rathe iure magistratus der unmündigen Gütther, doch Inhalts iudicatorum d. 21. Jun. 1599. d. 18. Apr. 1632. d. 4. Jul. 1662. und den 27. Maj. 1663. zu obfigniren und inuentiren &c.* In eo vero de *Ao. 1599.* vt cetera silentio prætereamus, expresse statutum, soli ciuitatis senatui competere ius obfignandi pupillorum bona, vt licet ea arresti vinculo coastringi coeperint, tamen neque cum obfignatio peragenda, neque cum inuentarium conficiendum, concurrere queat prætor Regius. Quod si autem coram hoc motus concursus creditorum vtique incumbit tutoribus, vt in iudicio Regio respondeant creditoribus. Sed qua ratione hoc indulgere potuisset Serenissimus legislator, si sola obfignatio præiudicium inferret iudici, cui realis competit iurisdictione? Fatendum potius hoc, quod etiam

fatis

*Senatus enim
s. lus obfignat
pupillorum
bona.*

fatis adparet ex ipsis iudicati verbis, solummodo fieri in securitatem rerum, quæ spectant ad pupillos, quia magistratus ut tutor supremus eorum commodum atque utilitatem promouere debet, cum in eum, si non omnia ex officio peregerit, omne tandem retundet periculum, minime vero quasi magistratui realis quaedam iurisdictio sit vindicanda. Quemadmodum igitur hoc casu id sine iudicis rei sitæ præiudicio fieri potest, dubium non est, quin etiam in similibus ex vulgato canone: Vbi eadem ratio legis, ibi quoque eadem legis dispositio esse debet, locum habeat.

§. VIII.

Licet igitur hoc ius denegari nequeat magistratui, *Quod tamen* tamen non dubitandum, quin exceptioni locus *per O. limitatur per* *P. Duc. Magdeb. C. 43. §. 15.* (1) si fori gaudeant privilegio *O. P. C. 43. §. 15.* illi qui vita funguntur v. g. consiliariorum forte eminent dignitate, tunc enim, tam si mobilia sint obsignanda, quam si immobilia arresto constringantur, ab iis id peragendum, quibus demandatur ab illustri Regimine. (2) si moriantur consilarii collegiis huius ducatus non adscripti, vel a Potentissimo Rege dimissi, vel etiam, qui mortis tempore exteris principibus sint a consiliis, quo casu hoc ius concessit Rex Potentiss. Prætori Regio, quamvis adsint impuberes. Id quod partim ex ipsis verbis O. P. partim ex declaratione regia clarius patebit: *So offt nach Gottes Willen ein oder der andere aus dem Mittel unser Magdebl. Regierung Cammer- und Consistorial-Collegio derer dabey befindl. Secretarien und andern Bedienten verstorbet und die gerichtl. VERSIEGELUNG und inuentirung denen Rechten nach nöthig wäre, soll dieselbe*

B von

Et per declarationem regiam.

von NIEMAND anders, denn welchen vnserer Cantzler vnd Rätthe iedesmahl solches AVFTRAGEN, verrichtet werden. Da aber sonst einer vnserer Bedienten, der zu vorge-dachten COLLEGIIS nicht GEHÖRIG, in vnseren Berg-Gerichten der Stadt Halle mit Tode abgeben würde vnd dessen Verlassenschaft zu OBSIGNIREN vnd zu inuentiren die Nothdurfft erforderete, soll solches vnsern Schultheiß vnd Berg-Richter, der alsdenn seyn wird, in denen Thaal-Gerichten aber vnsern Saltz-Graeffen vnd Ober-Borumeistern hierdurch committiret seyn. Sed cum postea 1709. inter magistratum oppidanum & praetorem Regium lis incidisset, an etiam hoc extendendum esset priuilegium ad ciues honoratiores & eos inprimis, qui exteris forte principibus fuerint a consiliis, deinde autem iura ciuitatis consecuti, & sic praetor regius vi commissionis obsignationis actum peragere posset, accessit Potentissimi Regis declaratio his verbis: Ratione futuri soll der Stadt-Rath derer AVSWAERTIGEN BEDIENTEN Verlassenschaft, wenn sie in Halle BÜRGER worden, vnd NICHT mehr in DIENSTEN seyn existente casu zu obsigniren vnd zu inuentiren befugt seyn. Wofern aber die auswaertige Bediente in WÜRCKL. DIENSTEN tempore mortis gewesen, ob sie gleich zu Halle Bürger worden, wie auch, wenn wir vnserer Bedienten in GNADEN DIMITTIRET haben vnd selbige gleich tempore mortis nicht mehr in würckl. Diensten gestanden: So soll dennoch deren Verlassenschaft zu OBSIGNIREN vnd zu inuentiren vnsern Berg-Richter non obstante, dass VNMVNDIGE Erben vorhanden ALLEINE zustehen vnd dessen sich der Stadt-Rath nicht anzumassen haben. Quae tamen lites, quas saepius

pius

pius ideo motas esse intelligimus, in caussa fuerunt, quare prudentiores ceperint consilium: ab utroque iudice *provisionaliter*, ut aiunt, esse peragendam obsignationem, donec controuersia a principe fuerit decisa. Neque tamen hoc casu res est consilii alterius iudicis, propria auctoritate, remouere sigilla suaque adponere, quia adhuc dubium manet, quisnam iudex fundatam hac in re habeat intentionem.

§. IX.

Ne autem solum hoc, quod est ex lege Halensi, exemplo, nostram corroborare videamur sententiam, aliud, ^{Idem obtinet quoad milites.} quod novum ei conciliat robur, ferre in medium nobiscum constituimus. Quem enim fugit in munimentis aliisque locis, ubi militum deprehenduntur praesidia, vfu esse receptum, ut, cum res militum atque receptacula in quibus asseruantur, licet ea sint in ciuium aedibus, quacunque ex caussa obsignanda, id non requisito prius rei sitae iudice peragatur, sed sola praefecti militum auctoritate. Id, quod sane neque hoc casu fieri posset, si actus obsignationis per se cohæreat iurisdictioni reali. Qua de caussa ea, quae §§. praecedentibus a nobis demonstrata, huc sunt applicanda, ut inde denuo pateat, errare eos, qui effectum realis iurisdictionis esse obsignationem asserere non erubescunt.

§. X.

Antequam vero huic capiti colophonem imponamus, sicco pede non est praetereundum, inter illustres saepe motas fuisse lites de obsignandi iure. Imprimis vero in Germania notum est Serenissimum Electorem Saxoniae eiusque Mareschallum Vicarium comitem ^{In comitiis etiam controuersia de iure obsignandi fuit mota.}

Pappenheimium id sibi vindicare, cum legati, qui agunt Ratisbonæ in comitiis, diem obeant, supremum. Patet hoc exemplo Legati Hanouerani Limbachii in comitiis defuncti, cuius bona obsignari curauerat Pappenheimius. Licet autem eidem hoc ius in dubium vocatum, tamen id acriter defenderunt scriptores Saxonici v. *A. des Europ. Heroldts T. 1. p. 837. seqq. Excell. REINHARDVS in diss. de officiis imperii Saxonis p. 136. §. 13. n. 9.* Nos autem in praesentiarum hanc litem nostram non facimus, sed potius ad *Cap. II.* progredimur.

CAP. II.

De

Obsignatione bonorum hereditariorum.

§. I.

I. R. obsignatio incognita.

Romanorum Legibus nullibi statutum esse legimus, inuentario solemniter rerum hereditariarum praecedere debere obsignationem. *In l. enim fin.*

§. 2. C. de Jure Deliber. ubi inuentarii recensentur requisiti, alium de obsignatione silentium v. B. STRYCKII

Moribus in Germ. introducta,

V. M. ff. de Jure Deliber. §. 3. Quae igitur cum ita se habeant, quis ibi inficias, Germanorum moribus hunc obsignandi ritum fuisse introductum? Praesertim cum non statim ad bonorum designationem se accingere soleant heredes; sed id primum circumactis 30 diebus

pera-

peragant. Postquam enim hac ratione saepius in sus-
 picionem incidisset heres, ipsum, edito licet inuenta-
 rio, tamen non bona fide omnia inseruisse eidem; VO-
 luerunt Germani, vt accederet obsignatio BERGER Oe-
 con. Iur. L. II. tit. IV. n. 50, not. 5. CARPZOVIVS P. 3. C. 33.
 d. 10. Quod si autem hoc ita ab herede obseruatum
 haud fuerit, adeoque indicia contra eum sat gravia mi-
 litent, non est ambigendum, quin adhuc iuramenti re-
 ligione corroborare debeat inventarium RAVCHBART
 P. I. Q. 29. n. 14. BRUNNEM. ad l. fin. C. de Iure Deliber. n.
 47. MOLLER. in Semestr. L. II. c. 14. n. 4. RICHTER. P. I.
 dec. 59. n. 14. CARPZOVIVS P. III. C. 33. d. 10, qui etiam
 his motus rationibus, sequentem in modum a scabinis
 Lipsiensibus responsum fuisse perhibet: *Do nun die*
Glaubigere beybringen koenten, dass die Erben die Erbschafft
ALSOBALD gebührlichen nicht obsigniren lassen. So wae-
ren bemeldete Erben dass aufgerichtete INVENTARIUM
mit IHREM EYDE zu bestaercken schuldig. V. R. W.

§. H.

Sed haec fraudis suspicio evanescit, si id egerit
 heres, vt statim mortuo illo, cuius hereditatem nanci-
 scitur, accedat obsignatio. Quam ob causam ita Fa-
 cultas iuridica Lipsiensis apud RICHTERVM loc. cit.
 §. 16. respondit: *Ob wohl zu Recht ausdrücklich nicht ver-*
sehen oder verordnet, dass die Verlassenschaft nothwendig ge-
richtlich oder sonst musste verschlossen vnd VERSIEGELT,
vnd was die Rechte ausdrücklich nicht erfordern, wohl mag
vnterlassen werden. Dennoch aber vnd dieweilm gemeinigl.
die Verlassenschaft von einen ieden um seiner bessern Ver-
wahrung willen, allen bösen Verdacht vnd Argwohn von sich

*vt sc. omnem
suspicionem
evitaret he-
res.*

*Si ergo eam o-
misi iura-
mento inuen-
tarium cor-
roborare de-
bet.*

*id quod re-
sponso confir-
matur.*

*Cessat frau-
dis suspicio si
statim acce-
dat obsigna-
tio,
quod iterum
confirmatur
responso.*

abzuwenden, pflegt versiegelt zu werden, und was aus beständigen gewissen Ursachen eingeführet gleich denen geschriebenen Rechten in acht zu nehmen. So haette auch der Wittwen und der unmiündigen Kinder Vormünder, da sie BÖSEN VERDACHTS sich entbrechen wollen, ihres Haus-Wirths und Vaters Verlassenschaft VERSIEGELN zu lassen, in alle Weege obliegen und gebühren wollen. Quod si vero his obseruatis quis ditiozem esse hereditatem contendat in se recipere debet onus probandi RICHTER. l. c. n. 13. Sufficit tamen si praesumptiue probare possit aliquid fraudis ab herede, vel in confectione inuentarii, vel extra id fuisse commissum, prout responsum refert CARPZOVIVS l. c. d. II.

§. III.

Neque tamen si quaedam a mota dupli poena obtinet.

Quare duplum esse restituendum credant nonnulli.

quorum autem error refelitur.

Quamuis autem amouisse nonnulla heredem adpareat, tamen, quod credunt quidam, Latii institutis delusi, non dupli poena obtinet, sed sola rei amotæ restitutio moribus Germanorum sufficit STRUVIVS Exerc. 33. th. 56. CARPZOVIVS Pr. Crim. P. 2. Qu. 183. n. 84. Quod vero hic in transuersum egit eos, qui duplum vrgere non erubescunt, fuit, quod intolerabilis error, quasi etiam hoc casu iuris peregrini tradita, quia illorum abrogatio doceri nequeat, pro regula sint obseruanda, eorum animo sese insinuauerit. Non autem quaeritur: an leges poenales in Germania sint abrogatae, sed an vnquam receptae. Quum enim omnis receptio sit facti indeque non praesumatur, hoc etiam casu non nobis sed iis incumbit probatio, praesertim quum mores Germanorum prorsus sint diuersi a Latii institutis, a diuersis vero ad diuersa qui ducere velit argumentum,

tum, is merito pro absente esset habendus. Immo quis sine contradictionis vitio in subsidium vocaret ius peregrinum, vbi patriæ non deficiunt leges. *vid. diss. ILLVSTRIS DN. THOMASII de usu actionum pœnalarum in Germania C. 1. §. 37. & C. 2. §. 10. seqq.* Agnouerunt hoc etiam iam dudum Icti Lipsienses apud RICHTERVM l. c. n. 16. *Ob wohl, wenn in Inuentarien die beschriebene Form nicht gehalten wird, dasselbe als unvollkommen unkræfftig und nichtig ist; Dennoch aber und dieweil solches alleine so weit statt, da auf den Mangel in Rechten eine gewisse Straffe gesetzt, aber nirgend zu befinden, das dadurch der Erbe sich des beneficii inuentarii verlustig machte. So haben auch hierdurch die Witswe und Erben sich des beneficii Inuentarii nicht verlustig gemacht, und hat auch disfalls RESTITVTIO DVPLI NICHT STATT.* Sed potius poenae arbitrariæ locum esse pronunciarunt. *Möchte einer unter denen Erben, wie recht, überführet werden, das er aus der Erbschaft was entwendet und veruntrauet; So waere er solches zu erstatten verpflichtet, und mähte hierüber mit LANDESVERWEISUNG in STRAFFE genommen vverden.*

Atque simul probatur, contrarium dudum sensisse Ictos Lipsienses.

qui poenam extraordinariam dictitant.

§. IV.

Quod vero requisita, quæ in obsignationis actu observanda, attinet, pro diuersis prouinciarum statutis atque consuetudinibus etiam diuersimode variant, vt itaque certi aliquid hic definire nobis non sit integrum. Solet tamen vt plurimum iudicis auctoritate, vel Notario & testibus adhibitis peragi. Quade caussa etiam in Serenissimi AVGVSTI administratoris Ducatus quondam Magdeburgici constitutionibus C. XIII. p. 57. ita dispositum esse legimus: *Was aber das Inuentarium antriff damis*

Obsignationis requisita diuersimode variant.

Plerumque tamen vel per iudicem vel Notarium fieri debet.

damit soll es, wenn sich ein Fall zuträget, daß Waisen und minderjährige Kinder ihrer Eltern OHNE TESTAMENT oder SONDERLICHE VERSEHVNG beraubet, und also der Verpflegung nothdürftig worden, daß durch jedweden Obrts ordentlicher OBRIGKEIT AMT-LEVTE, RAETHE oder GERICHTE bey ihren Amts- und Gerichts-Pflichten, ALSBALD und ohne Verzug die Verlassenschaft VERSIEGELT &c. & in Ordin. *idem in O. P. dispositum.* Polit. de Ao. 1688. C. 43. §. 1. Wenn Waisen und minderjährige Kinder Eltern nach Gottes des allmächtigen Rath und Willen ohne Testament oder andere Vorsehung absterben, so denn sollen die naechsten Bluts-Freunde durch ordentliche OBRIGKEIT oder NOTARIOS PVBLICOS und ZEUGEN, wie sie es am bequemesten zu seyn erachten, und nicht an ein und andern Ort gewisse Verordnung deswegen verhanden (de lege Halensi diximus C. 1. §. 8.) welcher billig nachgegangen wird, alsbald und ohne Verzug die Verlassenschaft VERSIEGELN. *Nisi pater ob- signationes modum de- terminauerit,* Quae omnia rite sunt obseruanda, si pupilli, minores vel etiam absentes existunt heredes, nisi pater vel testamento, vel alia voluntatis declaratione, licet minus solemni, obsignandi modum determinauerit, id, quod non solum ex AVGVSTI Admin. patet constitutione, sed etiam ex O. P. l. c. Es wäre denn, daß der Vater eine schriftl. VERORDNUNG, vvelche auch ohne solennitäten gültig seyn soll, nach sich gelassen vwie mit Versiegel- und inuentirung verfahren vwerden soll, alsdenn ist solcher allerdings nachzugeben, und von der Obrigkeit davvieder nichts vorzunehmen. *vel eam pro- hibuerit.* Idem etiam dicendum sit plane pater obsignationem prohibeat viduaeque hac in re fidem, propter tenerrimum in liberos adfectum, sequi malit. Tum enim iudicem vrgere non posse obsignationem innumeris scimus exemplis

emplis

emplis, modo non parentis dispositio tendat in fraudem creditorum, hoc enim casu eum prohibere haud posse obfignationem experientia nos edocuit, adeo, vt nihilo minus iudex precibus creditorum locum facere eamque peragere debeat, nisi forte vidua aliue ad aes alienum exsoluendum semet obstringant, quo sane casu omne, quod immineret alias creditoribus praeiudicium, exulat. Sed haec de iis, quae in obfignatione obseruanda, speciminis loco sufficient. Non enim operae esset pretium singularum provinciarum ac locorum mores atque consuetudines longe serie percurrere. Si tamen quispiam plura desideret, is adeat B. STRYCKII *V. M. de iure delib.* §. 5. ubi elegans *responsum* de moribus, quae Salzae huius ducatus oppido obtinent, typis impressum legimus, quod autem cum sit in omnium manibus, non exscribimus.

modo non prohibito, facta in fraudem creditorum.

Non necesse omnium provinciarum Germaniae perlustrare statuta.

§. V.

Restat potius, vt eorum excutiamus argumenta, qui forte vi iurisdictionis realis ius obfignandi pupillorum atque minorennium bona rei sitae iudici vindicant. Quod enim dicunt illi, quasi ipsam rem immobilem adficiat obfignatio, oppido est falsum, in primis, cum iam Cap. I. inuictis probatum sit argumentis, minime ex eiusmodi obfignatione, quae fit securitatis causa, vllum ad iudicem rei sitae retundare praeiudicium, cum iudex domicilii eam non eo animo fieri curet, quasi iurisdictionis realis quoddam quasi ius sibi vindicare velit, sed vt saluae sint res pupillorum, seque ab omni immunem praestet periculo. Cum enim notissimi iuris sit, regulariter domicilii iudicem constituere

Etiam hoc casu obfignatio spectat ad domicilii iudicem,

quia tantum fit securitatis causa.

Et vt iudex domicilii, qui tutorem dat,

C

tuere

*se liberet ab
omni pericu-
lo.*

tueret tutorem MAGNIFICVS DN. BOEHMER *in Doctr. ff. de tutor. & curator. dat. & c. §. 2. seqq.*, etiam in id incumbere debet, ne damnum incurrat pupillus. Qua itaque ratione ab hoc obfignationis actu ad realem iurisdictionem duci possit argumentum non intelligimus. Hinc etiam laudatus COCCELVS *in dissert. de fundata in territorio & plurium locorum concurrente iurisdictione Tit. IV. §. 6.* petitionem hereditatis in foro domicilii esse instituendam *per l. vn. C. ubi de hereditate* probat.

§. VI.

*Non obstat
P. Ducat.
Magd. c. 40.
§. 15.*

Noli vero existimes, ea etiam, quae C. I. §. 8. a nobis allata sunt exempla, oriri ex reali iurisdictione. Quod enim ibi disponitur de iis, qui principi sunt a consiliis, plane huc non pertinet, cum in vulgus sit notum, fori hos gaudere priuilegio. Interim tamen a scopo non aliena est quaestio: an si quispiam, qui principi est a consiliis, nominatis autem ibi collegiis non est adsociatus, vita fungatur, tunc praetori regio ius obfignandi tribuendum, quia, quod interdum contingere potest, bona ibidem possideat immobilia? sed quid opus fuisset peculiari lege & regis priuilegio, si ius obfignandi iurisdictione inuolueret. Idem vero, quod de his, qui adhuc consiliariorum munus obeunt, asseruimus, subsequuta declaratione regia C. I. §. 8. etiam dicendum de his, qui mortis tempore vel a rege dimissi, vel exteris a consiliis sunt principibus, licet pupulli minoresue eorum existant heredes. Sed cum haec omnia adeo sint clara, vt is quandam mentis diminutionem passus videatur, qui adhuc anceps haereat, operae pretium non esse duximus his immorari diutius.

CAP.

CAP. III.

De

Iure obfignandi bona obaeratorum.

§. I.

Miserrimum Latii iure obaeratorum fuisse statam, quem ex aere alieno subibant, antiquitatum perhibent monumenta. Solebant enim

Miserrimus I. R. debitorum erat status.

Romani eos, si condemnati iusto tempore non soluissent, neque vindex fuisset, qui debitum in se susciperet, addicere creditoribus, unde etiam nexi vocabantur SALMASIVS *de mod. usur. C. XI. §. 18.* Excell. HEINECIVS *in Antiq. Iur. Rom. ad tit. I. Quibus mod. toll. oblig. §. 2. seqq.*

addicebantur enim creditoribus.

Quemadmodum vero pleraque Graecorum instituta, ita & haec a Graecis transiisse ad Romanos mihi admodum est opinabile. Saltem PETRVS PETITVS *de LL. Atticis p. 412.* hunc morem iam ante Solonis tempora

Quem morem a Graecis acceperunt Romani.

apud Graecos obtinuisse probat. Fuit vero rigidum hoc ius usque ad tempora Seruii Tullii in viridi observantia. Cum enim hic imperii conscendisset solium, cessionis beneficium dedit obaeratis, atque iussit, ut creditores contenti essent eorum facultatibus neque iis ius sit in libera corpora DIONYSIVS HALICARNASSAEVS *L. IV.*

Donec Seruius Tullius obaeratis cessionis beneficium daret.

§. II.

Factum deinde, ut, cum Tarquinius superbus regnum caede & fraudibus inuaderet, omnesque Tullii leges abrogasset, etiam rigidum hoc ius denuo vigere coeperit DIONYSIVS *l. c.* Et licet demum Bruti artibus effectum,

Quod iterum per Tarquini-um superbum Romanis ad-entum.

C 2

vt

Quo licet ei-
sto tamen i-
dem placuit
Xuiris.
Sed falso cre-
dunt corpus
debitorum
inter credito-
res fuisse di-
uisum.

Incidebant e-
nim tantum
in seruilem
conditionem.

vt rex cum omni stirpe regia e ciuitate eiiceretur, ta-
men decemviri illud denuo adprobarunt legibusque
XII. Tabb. ipsam legem inseruerunt, cuius verba memo-
riae reliquit GELLIVS C. 20. §. 1. Fecit vero peruersa huius
legis interpretatio, vt persuaderent sibi, antiqui etiam,
dilacerasse Romanos debitorum corpora. Saltem QVIN-
TILIANVS L. 3. instit. c. 6. *sunt quaedam, ait, non laudabilia na-
tura, sed legibus concessa, vt in XII. Tabb. debitoris corpus in-
ter creditores DIVIDI licuit.* Vt TERTVLLIANVM, ipsum-
que CAECILIVM apud GELLIVM l. c. taceamus. Sed quam
absone hi subdixerint rationes eruditissime ostendit
illustris Belga CORNELIVS VAN BYNCKERSHOECK in obseru.
Iur. Rem. L. 1. obs. 1. Nihil enim aliud hoc ipso indigitatur,
quam debitores in seruilem incidisse conditionem, ipfis-
que venditis pretium inter creditores fuisse distributum.
Si quis enim ex folis verbis legem interpretari vellet, is
etiam cum legeret, *captiui omnes distracti sunt*, sine dubio
mente praecipiti adfirmaret, eos fuisse dilaceratos, quod
vero, quam esset ineptum, nemo non animaduertit. Qua
etiam de causa rectissime castigauit Ill. GUNDLINGIVS
Gundling, P. 5. p. 78. §. 2. auctorem du traité de l'incertitude
des sciences, qui eundem errat errorem.

§. III.

A. V. C. CD
XXVII. abro-
gata delictio-
rum addictio.

quam tamen
legem elusse

Demum vero A. V. C. CDXXVII. lata lege Poete-
lia Papiria C. Poetelio & Liuiio Papirio Coss. teste LIVIO
L. VIII. C. 28. abrogata fuit obæatorum addictio, eorum-
que, vti vocabatur, sectio, saltemque permiffum credito-
ribus, vt bona debitorum possiderent eaque ad hastam
venderent, vid. DN. HEINECCIUS l. c. §. 5. GRAVENA de Orig.
Iuris C. 2. n. 72. Cum autem ne hac quidem ratione satis
confut-

consultum esset debitoribus, quin potius insatiabilis auaritia eo perduceret patricios, vt in aedibus suis priuatos haberent carceres, atque in vincula coniiicerent obaeratos, nouas tabulas efflagitauit populus SIGONIVS *de antiqu. Iure Ciu. Rom. L. 1. L. 6.* Tandem Caesar lege lata cauit, vt facta bonorum aestimatione, ea in solutum debitoribus darent creditoribus SVETONIVS *in Caesar. C. 42.* Quae tamen lex cum sensim in desuetudinem abiisset, restituta fuit a Iustiniano *Nou. IV. c. fin. & Nou. CXX.* Eadem etiam forte Lege Iulia cessionis beneficium iis datum, qui non dolo malo bonorum fecissent iacturam. DN. HEINECCIUS *l. c. §. 8.* Quo cessionis beneficio id consequerentur obaerati, ne in vincula coniiici aliisque affici possent poenis *l. 1. & 4. C. qui bon. ced. poss.* Quod si autem debitor hoc beneficio non usus, vel eo non uti potuerit, vel iam condemnatus fuerit, creditores in possessionem omnium bonorum mittebantur *leg. 2. & 7. ff. ex quibus causis. in possess. eat. l. 6. C. de bon. auct. iud. possid. l. 2. & 3. C. qui pot. in pign. eoque ipso ius pignoris praetorii adipiscebantur l. fin. C. de Praetor. Pign.* Et si debitor sprete missione non satisfaceret creditoribus, impetrabant decretum de bonis vendendis. HVBERVS *in praelect. ad ff. quibus ex causis in possess. eat. & de rebus auct. iud. possid. n. 2.* DVARENVS *ibidem C. 1. & 2.* CVIACIVS *Obseru. l. 3. c. 39. & parat. C. qui bon. ced. poss.*

§. IV.

Noli vero existimes, haec omnia frustra a nobis fuisse allata, cum nullibi ob signationis iniiciatur mentio. Id enim in primis egimus, vt paucis, qui ritus quaeque solennitates Latii institutis in bonis obaerato-

*Patriciorum
calliditas,*

*donec Caesar
prospiciebat
debitoribus,*

*qui etiam
forte intro-
duxit cessionis
beneficium.*

*Quo beneficio
si non usi fue-
rint, vel non
potuerint
mittebantur
creditoribus
possessionem
bonorum.*

*Parte ex his
quae fuerit
I. R. obaera-
torum condi-
tio.*

*Imo etiam in-
primis si es-
sent absentes,
accedebat ob-
signatio,*

rum fuerint necessariae, ostenderemus. Neque etiam dubitamus, quin accesserit aliquando iudicis auctoritate obsignatio, inprimis si debitor absens fuerit. Expresse enim in *leg. 20. ff. de iniur. MODESTINVS si iniuriæ faciendæ*, inquit, *gratia Seia domum ABSENTIS DEBITORIS SIGNASSET, sine auctoritate eius, qui ius concedendi potestatemque habuit, iniuriarum actionem intendi posse respondit.* Quod si ergo is iniuriarum tenetur, qui sine iudicis auctoritate aedes absentes debitoris signavit, sequitur iudicis auctoritate, praeuia scilicet summaria causae cognitione, sigilli adpositionem omnino fieri potuisse.

§. V.

*I. G. necessa-
ria, si mouea-
tur concur-
sus, obsigna-
tio.*

*Quod proba-
tur 1) ex edi-
cto Regis Bo-
russiae.*

*2) ex Iure Sa-
xonico.*

Postquam igitur ea, quæ Romanorum legibus de obaeratorum conditione fuerunt obseruanda praemissimus, pedem mouemus ad Ius Germanicum. Hoc autem iure, non solum moribus, sed etiam legibus atque prouinciarum statutis introductum, vt, cum bona debitorum arresti constringantur vinculo, statim accedat obsignatio. Hinc Potentiss. REX Borussiae in *peculiarari edicto de a. 1715. 14. Jun. wieder die Banqueroutiers §. 3.* ita disposuit: *Da aber drittens ein solcher betrieglicher Schuldner flüchtig würde und austräte, so sollen unsere Regierungen iudicia und Gerichte iedes Orths, vorunter der Entlauffene gefessen, so fort dessen Bücher Brieffschaffien und effecten in genaue Veruahr (sc. per obsignationem) nehmen und das gantze Vermögen in ein richtiges Inuentarium bringen &c.* Idem quoque in SAXONIA legibus receptum: *In dem Leipziger Kauff und Handels-Rechte p. 51. art. 22. von Fallimenten und concursibus creditorum: Wenn bey einen Kauffmanne Crabmer oder andern Persohnen, so diesen gleich zu achten, vvelche entweder zu Leipzig vvesentl. woh-*

vohnen, oder sich doch daselbst aufhalten, oder auch Handels effecten haben ein Banckerout oder ein falliment sich ereignet, so hat es bey dem, was wegen der inuentur, OBSIGNATION, Taxation auch Verkaufung derer vorhandenen Waaren und sonst in unsern Eingangs eingezogenen sub d. Dresden den 26. Decembr. 1682. Jahres an dem Rath zu Leipzig ergangener rescript disfalls versehen, nochmals sein bevvenden. Quae vero sit caussa, quare Germanorum leges obfignandi ritum exegerint, facile est ad ostendendum. Id enim agere debet iudex, vt omne damnatum, quod forte imminere posset creditoribus, auertatur. Hinc, quia non statim ad inuentarii confectionem se accingere potest, omnia interim receptacula figilli iudicialis adpositione, vt eo maior adsit securitas, sunt munienda.

Sed ideo I. G. obfignatio necessaria ne damnatum incurrant creditores.

§. VI.

Quando autem creditores petunt a iudice, vt arrestum decernat peragatque obfignationem, hic sane non sine vltiori caussae inquisitione eorum precibus locum dare, sed in id summarie inquirere debet: an etiam caussa arresti subsit iusta? Quemadmodum enim ad interesse tenetur, si credito debitorisque fuga, vel inopia demonstrata deneget arrestum CARPZ. in Processu Tit. XXI. art. 1. n. 55. (*) BERLICHIVS P. I. conclus. 74. n. 90. ita etiam ex temeraria arresti concessione non solum iniuriarum conueniri, sed etiam a principe arbitraria poena adfici potest, CARPZ. l. c. Non enim nisi

Non tamen sine summarie caussae inquisitione obfignatio fieri debet.

et si id facit iudex tenetur iniuriarum & arbitrariae puniri.

in

* Qui etiam propterea a Scabinis Lipsiensibus hunc in modum responsum fuisse testatur: Daß mit Verweigerung des ar-

rest übel verfahren derowegen N. N. die Gerichte ad interesse zu belangen haben können V. R. W.

in subsidium, & vbi via iuris ordinaria deficit, ad hoc remedium extraordinarium est deueniendum MYSINGER. *Resp.* 66. n. 13. GAILIVS *de arrestis imperii* C. 2. n.

Queritur: an non periculo petentis id facere possit? Quod neg. quia iniusta periculo petentis concedere non debet iudex.

3. MEVIVS *P. III. decis.* 315. Sed iam videor mihi audire nonnullos, qui fori tractant negotia, vnanimi clamitare voce, fiat periculo petentis, quo sane nihil absurdius excogitari potest. Quis enim homo sanae mentis adfirmabit vnquam, id, quod per se iniustum est atque illicitum, periculo petentis concedi posse. Et licet de nouo mente admodum praecipiti regerant, iudicem non vno momento ita omnes sub examen vocare posse facti circumstantias, vt iustitia arresti ei statim incurrat in oculos; tamen exinde parum ad eos retundabit solatii. Pessime enim agit iudex, qui statim, sine vltiori examine, precibus illius, qui arrestum petit, locum dat. Quemadmodum itaque firmum atque indubitatum manet, adhuc iudicem teneri iniuriarum, ipsumque non sine poena esse dimittendum; ita multo minus eum conuenire potest, cuius petitis satisfactorius peregit haec omnia, quia ex re illicita atque plane iniusta, nulla fideiussio, nullum mandatum, imo nulla idemnitas & hinc etiam nulla actio oriri potest. vid. BRUNNEMANN. *ad l.* 28. *de re iudicatam* n. 1. *seqq.* vbi his argumentis os obstruxit iis, qui non sine insigni dedecore cum turba errare, quam veritatem agnoscere malunt.

Et hinc etiam petentem conuenire nequit.

§. VII.

Qu. an sibi cedat debitor accedere debeat ob signatio?

His itaque obseruatis, quae, si ob signatio fieri debet, sunt necessaria, superest, vt dicamus: an etiam, si debitor accedat, de quo beneficio §. III. disseruimus, a iudice sit peragenda ob signatio? an vero creditorum relin-

relin-

relinquatur arbitrio, qua ratione sibi consulere velint?

Sed nos non arbitramur, priuata hic omnia facere posse auctoritate creditores. In l. enim 4. C. qui bon. ced.

*Negatiua
probatu.*

poss. cautum: legis Iuliae de bonis cedendis beneficium constitutionibus diuorum nostrorum parentum ad prouincias porre-

ctum esse, vt cessio honorum admittatur, notum est: non tamen creditoribus SVA AVCTORITATE DIVIDERE haec bona & iure dominii detinere, sed VENDITIONIS reme-

dio, quatenus substantia patitur, indemnitati suae consulere permissum est. & l. 6. C. de bon. auct. iud. pro debito creditores adduci sibi bona sui debitoris iure non postulant. Quae cum

*sc. omnia iu-
dicis auctori-
tate esse per-
agenda.*

ita sint dubium non est, quin omnia rite h. e. iudicis auctoritate fieri debeant, praesertim, cum id eius re-

quirat officium, vt litibus praescindat occasionem caueatque, ne iis aperiatur fenestra. Quod sane vix eui-

*1) vt litibus
praescinda-
tur occasio.*

tandum si integrum esset creditoribus, suo arbitrio vendere debitorum bona. Accedit, quod hoc etiam ten-

*2) & consula-
tur debitori-
bus.*

dat in fauorem debitorum, ne scilicet leuiori forte pretio eorum res aestimentur. Apposite BRUNNEM. ad

cit. l. 4. n. 2. Creditores, inquit, debebant scire, bona a debitoribus possessa debuisse IUDICIS AVCTORITATE subhastari

& vendi, & ex pretio debuisse creditoribus satisfieri. confer: IDEM de Proc. Concurf. Credit. C. I. §. 6. Sed haec omnia

modo legitimo i. e. praevia obfignatione iudiciali.

§. VIII.

Antequam ad Cap. IV. transeamus, exigit instituti ratio, vt cui iudici ius sit obfignandi obaeratorum bona, euincamus. Equidem iam ex iis, quae C. I. §. IV.

*Quicui iudici
competat ius
obfignandi
debitorum
bonae*

& C. II. §. V, diximus, satis adparet, hoc etiam casu

D

mobi-

*Rsp. si sint
mobilia do-
micii iudici.*

*Idem obtinet
si iurisdictio-
nes concurr-
ant in eo-
dem loco.*

*Quod confir-
matur decre-
to Regio.*

mobiliū obſignationem iudici domiciliū eſſe vindican-
dam; ſed vt in eo maiori omnia conſtituantur luce,
vitiō nobis vertendum non erit, ſi nonnulla, quae huc
in primis pertinent, feramus in medium. Iam vero iuris
eſt certiffimi in foro domiciliū mobilia arreſti vinculo
eſſe conſtringenda BERLECHIVS P. 1. C. 14. n. 66. CARP-
ZOV. in Proc. Tit. 21. Art. 3. n. 44. ſeqq. Hoc autem con-
ceſſo, quis quaero eidem iudici ius obſignandi denega-
bit? Qua de cauſa nunc porro indagandum, cui iudi-
ci, ſi iurisdictiones diuerſae in eodem concurrant loco,
illud ius competat? Sed poſtquam C. I. §. IV. latius de-
monſtratum dedimus, vbiq̄ue in eodem loco domici-
lii iudicis fundatam eſſe iurisdictionem, prono inde
fluit alueo, huius quoque eſſe obſignare obaeratorum
res mobiles atque receptacula, quibus continentur,
cum eiſmodi obſignatio realem plane non adficiat
iurisdictionem. Quod vero, vt eo clariuſ pateſcat,
adiiciendum eſſe duximus decretum illuſtris Regiminis
Regni Boruffiae, quo ſenatu Academico, non vero
oppidano, cum Regiomonti de bonis bibliopolae cu-
iuſdam obaerati moueretur concursus, quem vocant,
creditorum, ius eſſe obſignandi eiſ bona, inuentari-
umque conficiendi hiſ iudicauit verbis: *Wir haben Uns
euren allerunterthänigſten Bericht von 29. Octobr. iungſthin,
laut deſſen Ihr in Sachen derer Creditoren hieſigen Buch-
händlers N. N. die cognition zu behaupten vermeynet, für-
tragen laſſen und zur Gnüge erwogen. Dieweil nun nach
klarere Inhalt deſ der hieſigen Vniuerſitaet ertheilten pri-
uilegii Anno 1557. alle BVCHHAENDLER der Acade-
miſchen*

mischen Jurisdiction generaliter, ohne einige RESTRICTION und sonst NIEMANDS, unterworffen, folglich der Städtischen Gerichtbarkeit in totum eximiret seyn, so gar, daß kein Staedtischer Bedienter in derer Vniuersitaets-Verwandten Haeuser, es mögen selbige Haeuser in der Stadt oder in Vor-Staedten gelegen seyn, mit gebiethen oder verbiethen kommen muß. Dannenhero ein Buchführer vor das Stadt-Gerichte nicht citiret, wiekweniger daselbst wieder ihn eine ACTION angestrenget werden kann, von euch dagegen gebrachte Exempel aber auf gegenwaertigen casum nicht applicabel, noch der Vniuersitaet in ihren wohl erlangten und so offenbahr gegründeten Rechte praeiudiciren mögen, zumahl hier nicht RATIONE FVNDI Streit ist; Sondern der jetzige Conkurs, allein des Buchführers N. N. der kein EIGEN HAVS hat, MOBILIEN und BÜCHER concerniret. Als finden wir in Betrachtung solcher Umstände gantz billig, daß die cognition in diesen Conkurs dem Senatui Academico um so viel mehr competire angesehen des communis debitoris VERMÖGEN grösssten Theils in BÜCHERN bestehet, damit der Senat einen geschickten Curatorem darüber setze, der die auctio denen Creditoren zum Besten dirigire und zugleich Acht habe: Ob darunter libri prohibiti vorhanden, um solche erheischender Nothwendigkeit nach anzuzeigen, gestalt denn auch der arrest bereits d. 11. Octobr. a. c. in officio Rectorali angeleget, und von Academischen Senat nachher bestaettiget, die inuentatio bonorum auch durch zweyfache res iudicatas allda fest gesetzt worden, vvelches insgesamt mit denen Protocollis ervviesen. Das gegenseitige Verfahren aber, als von IVDICE IN-

COMPETENTE IN HAC CAUSSA *geschehen nicht vor gültig noch Rechts kræfftig mag gehalten vverden &c.*

§. IX.

*Eodem iure
& privilegiis
gaudet Fridericiana.*

Quemadmodum igitur haec iura Academiae, quae floret Regiomonti, decreto Regio confirmata; Ita etiam nostrae Fridericianae, non solum sapientissimus eius CONDITOR §. 17. *Privil. Academ.* iurisdictionem *privatiue* atque *solitarie* concessit in suos officiales, promotos, doctores atque Magistros docentes, linguarum magistros, exercitiorum inspectores, typographos, bibliopolas, bibliopegas eorumque discipulos administratos & familiam vniuersam, siue in vrbe siue in suburbis viuant. Sed etiam Rex Potentissimus, qui hodie sceptrum tenet, eandem, cum his propterea moueretur a Praetore Regio atque magistratu oppidano Academiae, praeuia sufficienti caussae cognitione denuo stabiliuit atque confirmauit per Rescriptum decisium d. Anno MDCCCXX. his verbis: *Daß weiln die Buchbinder, (quorum etiam referendi bibliopolae & typographi) auf allen Uniuersitäten unter die Ciues Academicos gezehlet vverden, ciues Academici aber ohne Unterscheid, ob sie in der Stadt oder in denen Vorstädten wohnen, in PERSONALIBVS ALLEINE unter der Vniuersität iurisdiction stehen und unter keine andere gezogen werden können; also auch unsere Uniuersität zu Halle intention gegründet, und derselben die iurisdiction über die Buchbinder, ihre Gesellen Jungen und Gesinde wegen dieser Handhierung in PERSONALIBVS so wohl in der SAADT Halle SELBST, als in denen VOR- und beyden AMTS-STÄEDTEN Neumarck und Glaucha schlechterdings zulassen &c.* Quae cum ita sint, neminem credi-

Et ius obsignandi suo.

credi-

credimus fore, qui, cum his gaudeat priuilegijs Fridericiana, eidem in dubium fit uocaturus ius obfignandi atque describendi bona mobilia suorum ciuium, si forte de hereditate minorennium atque absentium agatur, vel si excitetur creditorum concursus, vel denique si propter delicta commissa necessaria sit obfignatio. In quo sum adhuc eo fidentior, cum satis superque fit demonstratum, eiusmodi obfignationem, licet fiat in ciuium aedibus, plane non adficere iurisdictionem realem, sed fieri solummodo in securitatem rerum, quae ibi deprehenduntur, mobilium, atque hac ratione receptacula ut loca continentia pro rebus in iisdem contentis esse consideranda.

*rum ciuium
bona ei vnice
competit.*

CAP. IV.

De

Obfignatione bonorum delinquentium.

§. I.

Obfignationem Romanorum iure non incognitam fuisse eo casu, cum reus fuga sibi consulisset discimus ex *leg. 5. pr. ff. de Reis requir.* vbi *ICTus Mandatis cauetur, inquit, intra ANNVM requirendorum* BONA OBSIGNARI. Cum enim nemo inauditus da-

I.R. fugitiuorum bona obfignabantur.

D 3

mnari

Sed hoc obtinebat saltem in criminibus grauioribus.

Ante obfignationem tamen citabantur,

mnari posset per *l. 1. pr. eod.* vbi: *neque enim*, inquit ICtus, *inaudita causa quenuquam condemnare aequitatis ratio patitur*, absentes edictis adesse iubebantur. Quod vero tantum obtinebat in poenis grauioribus infligendis *c. l. 1.* Alias enim si poena tantum esset pecuniaria, relegationis, vel ea adhuc minor, damnari poterant absentes *l. 5. ff. de Poen.* STRUVIUS *Exerc. 49. §. 95.* Hæc citatio fiebat per trinundinum h. e. tribus nundinis, quæ nono quoque die celebrabantur. Si itaque emissa ea comparebat reus, lege interrogabatur, si minus, bona eius obfignabantur *c. l. 5. pr. eod.* quæ vero, si intra annum comparuisset seque purgasset, iterum recipiebat *l. 1. C. eod.* si non, post annum in fiscum cogebantur *c. l. 5. ff. eod.* Neque etiam, licet anno elapso probare posset innocentiam, bona recipiebat *l. 2. Cod. eod.* V. WISSENBACHIVS *ad ff. n. 4. eod.*

§. II.

Quare fugitiuo non comparente I. R. necessaria fuerit obfignatio,
1) quia anno elapso bona addicebantur fisco.

2) ne fuga frustratur

Quia igitur obfignationem atque annotationem emissa antea citatione, necessariam fuisse, demonstratum dedimus, necesse est in causam inquirere, qua moti voluerint legislatores, vt accederet obfignatio & annotatio. Adfirmant vero dd. eum potissimum in finem hoc factum fuisse, quia anno circumacto bona addicta fuerint fisco, sed, postquam Iustinianus bonorum proscriptionem sustulerit *Nov. 134. c. fin.* hanc etiam exulare existimant obfignationem. HUBERVS *in praelect. ad ff. h.* Verum enim vero non desunt rationes, quibus adducti non hanc solam obfignationis fuisse causam, quod bona coegerint in fiscum Romani, arbitramur. In *l. enim 5. §. 3. ff. de Requir. reis*: *Curandum est,*
in-

inquit Modestinus, *ne quid ei, qui profugit, medio tempore a debitoribus eius solvatur, ne per hoc FUGA eius INSTRV-
A TVR.* Si vero hoc iubent leges, omnino prospiciendum, ne quicquam ex bonis subministretur fugitiuis, quod tamen omnino timendum, nisi per obfignationem in tuto collocentur vniuersa.

§. III.

Hæc de I. R. Germanorum Iure, quia itidem bonorum annotatio est necessaria, præcedere debere obfignationem, si non statim fieri possit designatio, non est ambigendum. Clara ea in re sunt quæ disposuit Imperator in C. C. Art. 206. *So ein Ubelthäter ausweicht, So soll der Richter zween oder drey desselbigen flüchtigen Freunden erfordern und in Gegenwaertigkeit derselben und zweyer Schöpffen des Gerichts der Sachen unuerdacht, alle seine Haab und Güther, so in seinen Gericht gelegen durch den geschworrenen Gerichts-Schreiber eigentlich beschreiben und aufzeichnen und dem Ubelhaeter nichts davon folgen lassen &c.* Non vero dubitandum, quin C. C. architecti pleraque hauserint e Romanorum legibus, de quo forte alio loco copiosius differendi dabitur occasio. Quamquam itaque Carolus V. nullibi fugitiuorum bona fisco addicit, tamen requirit annotationem, & si ea non statim peragi possit, obfignationem, ne quid fugitiuo præbeatur unde fuga instruatur. Cum igitur per C. C. non fisci interesse concurrat, sed ideo obfignanda atque annotanda fugitiuorum bona, ne inde capiant vitæ subsidia, non etiam I. G. antea necessariam esse citationem, quæ requirebatur Romanorum institutis, facile est ad

I. G. annotatio & sic etiam obfignatio necessaria.

Non quia bona cedunt fisco, sed ne instruatur fuga.

intel-

Notantur
Scabini Ha-
lenses d. a.
1634.

intelligendum. Vnde mirari omnino subit, quare Scabini Halenses Mense Decembris MDCCCXXXIV. ad Interrogat: der Magdeb. Regier. C. Joachim Caesarn responderunt: *Dasß die annotatio des inquisiti Gütther noch zur Zeit, weil er bis anhero noch niemahls CITIRET sondern sich liti & defensionem per litteras offeriret nicht statt.* Sed sine dubio Scabinos in transuersum egit peruersa Iuris peregrini ad patria iura adplicatio. Quod autem, quam sit ineptum, cum non propterea obsignentur, vt in saluo sit fisci interesse, quae erat ratio I. Rom. sed ne fuga instruatur, ex ipsis C. C. verbis nemo non intelligit.

§. IV.

Huberus credit, quod hodie annotatio non sit necessaria, quia bona non cedant fisco. Sed altera ratio ne sc. fuga instruat non cessat.

Hinc Iure G. requiritur.

HUBERVS equidem in *praelect. ad ff. de Requir. reis* in ea est sententia, id, quod iam §. II. indicauimus, quasi non amplius in vsu sit annotatio & sic etiam, quod inde sequitur, nec obsignatio. Sed credidit hoc, quia forte in patria sua id vsu non esse receptum animaduertit. Vnde etiam apud Belgas Paraemia nota, *niemand kann sien lyf und Goet t' sammen verbrecken*, notante MATTHÆI *de Crim. p. 376. n. 20.* Interim tamen ea ratio, ne scilicet fugitiuus quicquam ex bonis suis, vnde viuere possit, capiat, hoc ipso non cessat, quia ista paraemia tantum de poena loquitur. Nostro enim iure, quin adhuc ea obtineat nemo dubitabit v. BACHOVIVS *ad Treutl. V. II. Disput. 31. th. 4. lit. A.* FARINAC. *Qu. II. n. 3.* KLOCK. *Vol. I. C. 24. n. 65.* STRVVIVS *de requir. Reis* HAHNIVS *ad WESENBECK. eod. ZIERITZ ad cit. Art. 206. verb. in suos vsus* DN. KRESS ICTus Helmstädiensis

no. 1.

no. 1. cit. Art. Exceptio tamen est in crimine laesae Maiestatis, de quo integrum Commentarium edidit ILLUSTRIS noster GVNDLINGIVS, per *auth. Bona damnat. C. de bonis proscrip. ubi adhuc bona rediguntur in fiscum, & si forte lege eadem poena sequatur delictum.*

Exceptio est in Crimine laesae Maiest. ubi adhuc bona cedunt fisco.

§. V.

Postquam igitur satis a nobis probatum, non eo fine requiri hodie semper annotationem atque obsignationem, quia bona addicuntur fisco, sed ne inde fuga instruatur, quid mirum, si ita responsum a ICTis Helmstadiensibus 20. May 1650: *So viel aber den flüchtigen Ehemann Christoph Jaegern betrifft, sind dessen Haab und Güther von der Obrigkeit zu ANNOTIREN und AVFZVZEICHNEN, oder auch dessen Freunden, da es denenselben beliehete, gegen annehmliche Caution zu untergeben, davon zuvor dessen Eheweib und Kindern nothdürfftigen Leibes - Nahrung, dem Flüchtigen aber vveil er noch unausgesöhnet, oder die Sache nicht ausgeführet NICHTS ABZV FOLGEN. alles Inhalts Kaeyser Caroli V. Hals - Ger. Ordn. 206. Art. V. R. W. Et inde etiam in der Königl. Preussl. vor die Chur Marck Brandenburg verfasste Criminal - Ordnung ita statutum c. 7. §. 1. Wann einer nach begangener Mißethat, vvelche LEIBES oder LEBENS - Straffe nach sich ziehet, sich verborgen haelt, oder einer der disßfalls ziemlichen redlichen Verdacht vvieder sich hat, sich auf flüchtigen Fuß gesetzt hat, oder auch ein gefangener Vbelthaeter aus den Gefaengniß entkommt, sollen die Gerichte des Orts, ohne*

Responso confirmantur dicta.

E Ver.

*Cessat tamen
I. G. etiam
obsignatio, si
delicta sint le-
uiora.*

Verzug, des Entwichenen Haab und Güter, bewegliche und unbewegliche, mit Zuziehung und in Gegenwart zweeen des Vbelthaeters Freunden, durch den Gerichts-Schreiber **AUFZEICHNEN**, *und dem ENTWICHENEN NICHTS davon FOLGEN lassen.* Verum enim vero haec omnia de eo casu sunt accipienda, si corporis poena adflictiua sit irroganda, quod si enim delicta tantum leuiora sint commissa, & quae talem poenam non ingerunt, annotationem & sic etiam obsignationem haud esse necessariam, vel exinde patet, quia absens poena pecuniaria, relegationis aliaque puniri potest **GAILIVS de arrestis imperii C. 1. n. 4.** **DN. KRESS ad cit. Art. C. C. n. 1.** **STRVVIVS Exercit. 49. th. 96.** **BACHOVIVS ad TREVTL. l. c. lit. B.**

§. VI.

*I. Saxon. post
banni proces-
sum fugitio-
rum bona re-
diguntur in
fiscum.*

Licet autem Carolus V. *in cit. Art. C. C.* disposuerit, bona damnatorum non posse occupare fiscum, exceptioni tamen locus est **I. SAXONICO.** Hoc enim iure in fiscum rediguntur post banni processum fugitiuorum bona, & hinc sunt annotanda atque obsignanda. Ita enim **CARPZ. Pr. Crim. Qu. 140. n. 128. de consuetudine**, inquit, *bona fugitiuorum ANNOTANTVR iudicialiter & CVSTODIVNTVR etiam ante declarationem primi banni, ne scilicet fiscus bannum superius expectans, defraudari & confiscatio bonorum per distractiones eludi queat.* Quae vero vt in eo maiori constituentur luce, a scopo forte alienum non erit, nonnulla de banni proces-
su

*Quomodo
banni proces-
sus institua-
tur.*

fu in Saxonia & quomodo fugitiuorum boná ce-
 dant fisco differere. (*) Ante omnia autem requi-
 ritur, crimen tale fuisse commissum, pro quo poe-
 na vltimi supplicii reo confessio vel conuicto, irro-
 ganda veniat CARPZ. *l. c. n. 52.* Alias enim, si de
 tali agatur poena, quae etiam absenti infligi potest,
 processus banni decerni nequit, & sic nec annotatio
 atq; obfignatio erit necessaria TITIVS *Iure Priu. L. XII.*
c. 17. §. 1. Deinde probe distinguendum, an reus in fla-
 granti deprehensus, & crimen non sit pernoctatum,
 daß die Klage und That nicht iibernaechtig worden, & sta-
 tim etiam ab herede occisi fuerit accusatus *c. q. l. c. n.*
71. seqq. COLERVS Dec. 108. n. 4. tunc enim sequitur
 citatio vel ore tenus in aedibus rei, vel etiam scri-
 ptis, adeo, vt si non statim compareat propter con-
 tumaciam admissam vsque ad legitima impedimen-
 ta, *bis auf die Ehehaften*, inter quaterdenam proban-
 da, condemnetur COLERVS *l. c. 2)* an non in flag-
 ranti deprehensus, nec etiam antequam crimen per-
 noctatum *ehe 24. Stunden verlossen*, fuerit accusatus,
 hoc casu enim non statim, verum tribus vicibus per
 quaterdenam in quaterdenam vocari debebat COLE-
 RVS *l. c.* Iure sc. antiquo; hodie enim sufficit, si semel
 peremptorie, ita tamen, vt tempus spatium integrum
 Saxonicum a temorpe insinuationis vel affixionis
 contineat, Carpz. *Qu. 136. n. 81. & Qu. 140. n. 57. seqq.*
 E 2 Si

1) adesse debet
crimen capi-
tale.

2) si in fla-
granti depre-
hensus reus,
statim cita-
tur.

Aliud vero
obtinet si 3)
non in fla-
granti depre-
hensus.
Debebat e-
nim citari
tribus vicibus,

(*) Eundem banni processum & in aliis Germaniae terris non fuisse inco-
 gnitum, prohibet Lehmannys in Chron. Spir. L. 4. c. 18. quod vero latius dedu-
 cere instituti non permittit ratio.

*Si vero non
compareat
declaratur
in bannum.*

*si quo si se
intra annum
non liberat,
proceditur
ad bannum
superius.*

*Quia ergo
tunc fisco ce-
dunt bona
etiam obfi-
gnatio requi-
ritur.*

*Extra Saxo-
niam tunc bo-
na fisco ce-*

Si neque tunc compareat, præuia contumaciae ac-
cusatione bannitur usque ad legitima impedimenta
bis auf die Ehehastew, ad eaque probanda iterum ci-
tatur. Quod si autem nec hoc faciat, declaratur in
bannum, atque in locis citationis adfigitur senten-
tia. CARPZ. c. *Qu. 140. n. 74. seqq.* Hoc facto si
intra annum se a banno non liberet *Land-
Recht L. 2. art. 4.* proceditur ad bannum superius, at-
que præuia accusatoris imploratione denuo citatur,
& si emanat condemnatur in legitima impedimen-
ta & ad illa probanda vocatur edicto. Demum ve-
ro si perseveret in contumacia, declaratur in bannum
superius, quod hos producit effectus, 1) quod ita ban-
nitus in toto principis territorio capi possit, si modo
bannimentum imperanti fuerit denunciatum, 2) no-
tetur infamia, 3) bona addicantur fisco, ita, ut ne
quidem probata licet innocentia ea recuperare
possit *vid. CARPZOVIVS, TITIVS & COLE-
RVS l. c.* His igitur quae de banni processu
huc maxime spectare videbantur, demonstratis, fa-
cile est ad intelligendum. I. Sax. non solum ideo
necessariam esse obfignationem atque annotatio-
nem bonorum fugitivi, ne eius instruatur fuga, sed
etiam, quia, si propter contumaciam tandem in-
currat bannum superius, bona vindicantur fisco, id-
eoque eius interfit ne forte aliquid inde subtrahatur.

§. VII.

Et idem etiam obtinet extra Saxoniam, si laesae
Majestatis, vel aliud forte crimen, in quod statuta
bono-

bonorum confiscatio, commissum. Quia enim non statim fisco possunt addici bona, sed opus, vt instituat^{dunt, si hae poena specia-}ur processus inquisitorius, interim vero non tantum^{liter in cri-} metus subsit, ne instruatur fuga, verum etiam ne defraudetur fiscus, omnino accedere debet obfignatio atque annotatio iudicialis, Speciminis loco ea adducemus quae disposuit Potentiss. Rex Borussiae in *Mandato Duellico de Ao. 1713. art. 7. Vnterdesßen sollen die reuenuës beyder Duellanten Güther, es seyn feudalia oder allodialia mobilia oder immobilia ohne Vnterscheid, und ohne einiges Absehen so fort und so lange sie in Gefüngniß seyn, unsern Fisco anheim fallen &c. & art. 11. Wie denn auch, wenn der solcher gestalt Flüchtige einige Lehn-oder allodial-Güther haette, dieselbige so lange unsern Fisco, vorbehältlich der Frauen und Kinder gebührenden Vnterhalts, anheim fallen, biß er durch die gesetzte Strafe das Vbertreten und Verbrechen gebüßet.* Patet igitur ex his omnibus, quod quidem non plene iure cedant fisco bona eorum, quae pugnae solitariae se commiserunt, sed tantum, vel quamdiu in carcere sint, vel, si fuga elapsi, donec digna adfecti fuerint poena. Ne vero hac etiam ratione damnum incurrat fiscus, requiri, vt statim accedat obfignatio iudicialis, nemo non animaduertit. Id, quod etiam praeterea hoc casu necessarium esse, si fugareus sibi consuluit, ex ipsis edicti duellici verbis *art. 8. constat: Immittelst sollen alle derselben reuenuës von ihren hinterlassenen Güthern, sie mögen seyn allodialia oder feudalia, mobilia oder immobilia, damit ihnen*

Idem certo modo in eos qui contra mand. Duell. Reg. Boruss. delinquent statutum.

Et hinc obfignanda.

Imo etiam, ne fuga instruat^{ur.}

auf der Flucht daraus kein Vorschub geschehen möge, so lange sie abwesend bleiben und am Leben seyn werden, oder bis sie sich gestellet und die respectiue Straffe erlitten, uns heim fallen.

§. VIII.

*Quo casu
mobilia a iudice
domicilii obsignan-
da.*

Epilogus.

Supereft, vt etiam hoc loco demonstremus; cui iudici ius obsignandi competat? Sed, quis illud amplius iudici domicilii de negabit, si fugitiuus tantum bona possideat mobilia, atque iurisdictiones in eodem concurrant loco, modo iurisdictione gaudeat criminali? Nolumus igitur actum agere eaque de nouo repetere, quae inuictis Cap. I. II. & III. probatum dedimus argumentis. Sed potius dissertationi huic colophonem imponimus, & rogamus L. B. vt his nostris laboribus boni aequique consulat, & si deprehendat nonnulla, quae ipsi forte minus recte videantur dicta, cogitet, etiam a nobis nihil humani esse alienum.

CORRIGENDA.

P. 8. lin. 2. leg. asseruantur p. 16. in summ. leg. obsignationis. p. 20. lin. 4. leg. L. 20, C. 1. §. 3. summ. leg. debitorum.




NOBILISSIMO
RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Optime agis, Consobrine sua-
uissime, quod publico hoc
specimine virium tuarum facis
periculum. Quia enim hucus-
que non sine insigni fructu iuris-
prudentiæ studio vacasti, auctor
Tibi suasorque fui, ut ederes ali-
quod diligentiae tuae testimoni-
um. Ego sanè ipse testis esse
possum, Te non leui forte attigisse
brachio generalia quædam iuris
principia; sed Te etiam in ge-
nuinas Romani Germanicique
iuris, quantum quidem in tra bre-
ue

ue temporis spatium licuit, in-
quisiuisse rationes. Nullus igitur dubito, quin expectationi,
quam Parens Tuus optimus &
boni omnes de Te conceperunt, ex
asse sis satisfactorus. Gratulor
Parenti Tuo de filio industrio at-
que erudito, nihilque magis in vo-
tis habeo, quam ut Deus eum sa-
num seruet atque incolumem,
quo aliquando videat Te colloca-
tum in statione, quam meretur in-
dustria tua! Gratulor denique
Tibi etiam de publico hoc diligen-
tiae testimonio, & fausta quae-
uis ex animo adprecor! Dabam
Halae Saxon. ex Museo Idus
Novembr. CIO ICCCXXII.

 (0) 